



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Prediger-Ordens Edle Heldinnen/ Das ist: Kurtze  
Lebens-Beschreibung/ deren H. und Gottseligen  
Schwestern/ so von Königlichem/ Fürstlichem/ Gräflichem  
oder sonsten Hoch-Adelichem Geblüth gebohren. ...**

**Schauff, Anton**

**[S.l.], 1660**

Protestatio Authoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45333**

sine voluptate perlegi, & quoniam non modo nihil offendi, quod aut fidei Catholicæ, aut bonis moribus adverteretur; quin potiùs adverterim, omnibus Christi fidelibus, tum verò imprimis sacris nostris Gynecæis, ad sanctam quandam in ipsis æmulationem provocandam, utiliter ac fructuosè dedicari & aperiri posse, dignissimum judico, qui typorum ducatu patulus fiat universis. Franc. 1659. 15. Jan.

Ita sentio

*Fr. Joannes Gesnerus, Ord.  
Præd. SS. Theol. Præsent.  
Prior Francof.*

---

Protestatio Authoris.

CUM S.D.N. Urbanus Papa VIII. An. 1625. decreto edito (quod ipsum An. 1634. confirmavit) inhibuerit imprimi libros, hominum, qui sanctitatis aut martyrij famâ celebres ex hac vita decesserint, gesta, mira-



miracula, vel revelationes, seu quæcunq;  
beneficia tanquam corū intercessionibus à  
Deo accepta continentes, sine recognitio-  
ne seu approbatione Ordinarij, & quæ ha-  
ctenus impressa sunt, nullo modo vult cen-  
seri approbata.

Idem autem Sanctiss. Anno 1631. die  
5. Junij ita explicuerit, ut nimirum non ad-  
mittantur elogia Sancti vel Beati absolute,  
& quæ cadunt super personam: bene tamen  
ea quæ cadunt super mores & opinionem,  
cum protestatione, quod nulla eis adsit au-  
thoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tan-  
tùm sit penes Authorem. Huic Decreto  
eâ quâ par est reverentiâ & observantiâ in-  
sistendo, profiteor, me quidquid in hoc li-  
bello ex probatis Authoribus refero, non  
alio sensu accipere nec accipi ab ullo velle,  
quàm quo ea solent, quæ humanâ duntaxat  
authoritate, non autem Divinâ Catholicæ  
Romanæ Ecclesiæ aut S. Sedis Apostolicæ  
nituntur, iis exceptis quas fortè eadem S.  
Sedes Beatorum Catalogo adscripsit.

*Facul-*